Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/322634

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

16.

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERY,

MATH. MAG. PHIL. NAT. MED. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

THEODORUS GIJSBERTUS JACOBUS WOLDRINGH,

GRONINGANUS.

A. D. X. M. Maii., anni MDCCCXLVIII, hora III.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. DE KRUIJFF.

MDCCCXLVIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Jusjurandum in litem minime definiri debet illud, quo damnum dolo vel lata culpa adversarii illatum, jurans aestimat.

II.

Oratio Divi Severi de donatione inter virum et

uxorem, spectat quoque ad donationes stipulatione promissas.

III.

Probanda est Cl. Savigny (Syst. III. pag. 148) conjectura, in l. 54 § 2 ff. de legatis I, legenpum esse. „sed etsi servi *mora* impedisset manumissionem."

IV.

Heres sub conditione resolutiva institui nequit.

V.

Non adsentior Bynkershoekio, actionem praescriptis verbis dandam esse illi, qui X mutuo dedit ut XI reciperet.

VI.

Matrimonium perfectum est, quam primum magistratus status civilis id declaraverit, quamvis unus

conjugum moriatur antequam instrumento nuptiali subscripserit.

VII.

Mater non indiget auctoritate mariti, ut filio prioris tori uxorem ducenti possit consentire.

VIII.

In art. 164 C. C. loco de *bewilliging* potius scribendum erat de *lastgeving*, nam ex illo art. contra uxorem actio est instituenda.

IX.

Liberi naturales non agniti a matre alimenta petere possunt.

X.

Portio legitima unius filii non augetur eo, quod alter abstineat vel indignus sit successione.

XI.

Usurae praemii in foenore nautico omnino peti possunt.

XII.

Verbum *Aannemingen* art. 4 § 4 C. M tantum intelligendum est de navibus.

XIII.

In art. 601 C. M., quod in alinea I statuitur, tamquam regula generalis proponendum fuisset.

XIV.

Indicium externum statuendum fuisset, ex quo mercator dignosci possit.

XV.

Probatio contra proxenetarum codices admittitur.

XVI.

Personae, quibus in causis criminalibus testimonium juramento firmare non licet, rei falsi testimonii fieri nequeunt.

XVII.

Exceptio veritatis convicii, qualis in art 370 Cod. Poen. legitur, amplianda videtur.

XVIII.

Delictum perfectum q. d. graviore poena plecti debet, quam conatus, sed minore, quam delictum consummatum.

XIX.

Furtum a tabellariis (brieven bestellers) postarum publicarum admissum, lege accuratius definiendum, et singulari poena vindicandum est.

XX.

Art. 74 C. C. nostri vim tollit art. 270 Cod. Poen.

1900198